IOHANNES DE ALTA SILVA. PS.-GUALTERUS BURLAEUS. NIGELLUS DE LONGO CAMPO
Tirol (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 222r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Hic vbi vim passus venio delatus i aulam
Insita si fuerit lignea cauda michi
Nisus et accipiter qui versantur in aula
Inter sunt regum consiliisque ducum
Hijs loca secreta strepitu carencia vulgi
Et prope a turbis incoluisse datur
Principis i thalamo positi statuuntur in alto
Vt de sublimi multa videre queant
Angulus extremus talami locus aptus agendi
Rebus in occultis intitulatur eis
Illic consilia crebro capiuntur iniqua
Illic temptari pessima sepe solent
Gracior interdum pueris simul que puellis
Angulus est aula nox tenebrosa dies
Hic solet abscondi furtum quod ventre soluto
Egrediens tempus vim tulit esse ante suum
Hic quoque consueuit fieri confessio nulli
Facta sacerdotum nec facienda reor
Hic attonita latet longo quesita labore
Hic que nouitatis carmina dira vigent
Vt puer accipitrem veniens de nocte profunda
Visitet infirmum postulet ille locus
Hic locus asmaticos curat sanat que caducos
Et facit i nocte sepe venire diem
Hec igitur loca sunt quibus est odiosa lucerna
Et vicij titulo premia laudis habent
Nisus et accipiter loca que mala facta secuntur
Rem bene nouerunt que sit et vnde loquar